

Hinc etiam, in articulo de negligentia Parentum in filios, diximus, quod diligens pater, debet curare, si opes non abundant, quod filii artem addiscant, qua suppleant fortunae defectus.

13 Monitos tamen enixe, volo artifices, ne inhiantes nimis lucro, negligant Ecclesiæ præceptum de observantia festorum, in quibus, abstinere ab operibus servilibus præceptum est, observant enim aliqui, ex Sacris Scripturis, relati per Homobonum tract. de humanae vita statu p. 2. c. 13., quod artifices negligentes observantiam festorum, solent multa pati infortunia, nempe morbis afflctari, & improvisa, atque inopinata jactura, depauperari, ita ut quod lucratur in anno, amissum suspirent in hora, & si aliqui nihil adversum passi, videantur vitam transfigere, hi forsan graviora sustinent infortunia, dum perseverantes in neglectu, cumulant culpas, nec habent quibus moniti, rescipiscant.

Quibus autem casibus liceat, sine culpa, die festo artem exercere, & operari servilia, non est nostri instituti, sed ad sacros Theologos, moralia tractantes, lectores libenter reiicio.

14 Regula tamen, datur ab Alexandre III. in cap. licet tam veteris de fériis, quod etiam diebus festis, non tamen in solemnioribus, liceret servilia operari, quando omissione effect in causa, ut res periret, aut aliis sequeretur effectus, quo humanus convictus, non leve incommodum pateretur, & casus in rex. est de capiendis beliciis in die festo, quando moventur, & transeunt, quæ si pro ea hora non capiantur, ita transeunt, ut nequeant amplius capi, & sic humanus convictus, patitur hoc incommodum, ut nequeat eis uti, & frui, quod tamen concessum, in illo generali decreto Divini Opificis (Dominamini pescipus maris, volatilibus Cœli, & bestiis terræ, & ex quo Deus, cuncta creaverit in gratiam hominis; quod si cestet incommodum, quia equè bene sequentibus diebus, opus illud servile fieri poterit, tunc non est concessum, in die festo operari.

15 Hinc Barbosa in dicto c. licet num. 6., elicit hanc conclusionem, ergo licitum est segetes jacentes in agris, & sœnum in pratis ad locum servatum, in festis deferre, si imminet tempestas, vel pluvia, quæ corrumperet ea, si in agro remanerent, & tempore vindemiaram, ruras colligere, ne pereant, & prosequi opus incepsum, quando ex omissione, & dilatione notabile dam-

num, & jactura sequeretur, quia tunc verificatur de eis, quod sint tempore perfitura, Fermoſin. in eod. cap. licet num. 5. queſt. 2.

16 Unde Villicus, & quicunque aliena negotia ruralia gerens, recepta mercede, culpandus eset, si videns periculum rerum prædictarum pereundi, negligenter eas colligere, & teneretur de damno, ex quo negligenter ea, ad quæ tenetur, & posset eas à periculo, diligenter operando, subtrahere Fermoſin. ſupra num. 6., ubi nu. 9., idem dicit de iis, qui metunt segetes, aut purgant triticum, ne pereat; ſcilicet id posse etiam die festo, & conſequenter villicus pro ſuo munere tenetur curare, ut id fiat, alias negligendo peccaret.

17 Idem prorsus, dicendum de Artifice, qui die feriato incepit opus, si intercedat dies festus, & non prosequeretur, unde damnum, & jactura domino sequeretur, ut contingit in decoctione laterum, calcis, vitri, Saponis, & ſimilium, in quibus interrupatio operis, notabile damnum derivaret, ex allatis per D. Thom. 2. 2. queſt. 12. art. 4., Azor. p. 2. Inſtit. lib. 1. c. 27. queſt. 2., Sylvester Verſ. Dominica queſt. 5., aliisque relatis per Trulencb. lib. 3. c. 1. dub. 8., Suarez. de relig. lib. 2. c. 32.

18 Artifices quoque, qui publicè profitentur artem, vel habent appofita insignia, si negligenter operari, & ſic recufarent facere opus ſuæ artis (ut ſupradictum est) poſſunt autoritate publica, cogi ad operandum, ut de Medico publicè profitente, qui cogi potest, ad medendum agrotum, ſoluta mercede, vel etiam mercede non ſoluta, ſi agrotus ſit pauper. I. Archibatri C. de professor, & Medicis, I. Mechanicos C. de excuſſat artific. lib. x., ubi Lucas de Pœna num. 3., quod & exemplificando dicit de Advocato, Notario, Hospite, & quocunque Artifice, Cagnol. in l. nemo invitus 199. de reg. Jur., Felin. rubr. de teſtibus cogen., & facit tex. in c. 1. de empt., & vendit., ubi Barboſa, aliiquæ per eundem allegati, in l. I. num. 4. C. de Episcopali audiencia, quod exponens rem venalem cogiturn vendere, ſi recufet: Ricciuſ. de Jure personarum, in ſtatuto reprobo versant lib. 2. c. 31. num. 5.

19 Si ex negligentia Sutoris, vefimenta aliena, apud ſe detenta, mures corrodant, ipſe Sutor, tenetur, non enim est caſus fortuitus,

arg.

arg: extex. in l. item queritur §. ſi fulloff. locati, Paris de Puteo de Sindicatu, in Verſic. negligentia num. 18., debuit enim Sutor, ſicut in dicto tex. dicitur de Fulone, locare vefem, in armario, ſeu loco tuto, quia ſi caſus fortuitus eſt ille, cui diligens Pater familias reſiſtere non poſteſt, ad tradi, per Caro. de locato p. 4. ſub tit. de caſibus queſt. 12. nu. 19., certum eſt, quod ne mures corrodant, diligens pater familias reſiſtit, ideo non militat paritas, ſi vefes furto auferantur, effracto pariете Domus, vel Apothecæ, quia

tunc eſſet caſus fortuitus; ſecus verò ſi propter negligentiam Artificis, in custodiendo, ſine ractura ſubripiantur, quia tunc artifex teneretur: Caro. dicta queſt. 12. num. 33.

20 Ita pariter de Fænatoribus, & Custodiis pignorum, ſi ex eorum negligentia, pignora lanea, tineæ demoliuntur, non diſcitur caſus fortuitus, cum per diligentem patrem familias poſſint excuti, tenentur ad damna, dicit Baldus in dicto §. ſi Fullo.

De Negligentia Biruariorum

SUMM ARIA.

- 1 **B**iruarii, quia ſunt miniſtri neceſſarii, in aliquibus tollerantur, & num. 7.
- 2 Licet nequeant, ſine mandato, quemquam capere; tamen rixantes capere poſſunt, & tenentur rixas impediſſe.
- 3 Tenentur captum, diligenter Cufodire.
- 4 Si recta intentione exequantur officium ſuum, merentur.
- 5 Quando ſunt negligentes, merentur ab officio removeri.
- 6 Ut illorum negligentia ſit puniibilis, debet eſſe non levis, ſed Culpabilis.
- 7 Sunt Principi neceſſarii, ad regimen.
- 8 Deferunt arma ad ſuę defenſionem, & Justitiae, administrationem.
- 9 Iniquitas (l. ſi ſervus C. de bis, qui ad Eccles. confug.) conſiftit in eo, quod poſteſt laica, priuēt ſervos Immunitate.
- 10 Quo temperamento, ſit intelligenda, dicta l. ſi ſervus.
- 11 Quo caſu poſſunt biruarii, Reum occidere.

ARTICULUS VI.

De Negligentia Biruariorum.



Iruarii, qui, & Lictores, ſunt viliffimi, & abieci, de plebe, & facile pretio corrumpuntur, ſi tamen pecuniam extorqueant, aut coemētibilia, (ut videtur conſuetudine introductum) ſolent non puniri, ſed tolerari, ut indicat S.

August. relatus in can. non ſane 14. q. 5., eorumque qualitates deſcribit, ex alienis reſlatiſ, Raynaldus obſerv. Criminal. tom. I. cap. 4. §. I. à num. 1. ad 5., ita ut offitium Lictoris, datum fuerit à Romanis Brutys in pœnam, eo quod primi ad Annibalem deſcifſent, ut ex Festo, & Gellio colligit, Ric.

- Ricciul. de personis, in statu reprobis versantibus, lib. 12. cap. 1. num. 4., in pluribus, solent negligentiae, culpam contrahere.*
- 2. Primò, si viderint homines rixantes, & neglexerint accurrere, tūm ut rixas dirimant, tūm ut rixantes ad carcerem, trahant; quia licet non debeant biruarii quēquam capere, nisi de mandato Judicis l. *Neminem C. de exhibendis reis; limitatur tamen hæc regula, quando inveniant delinquentes in flagranti, Farinac. q. 32. num. 34., & seqq., etiam si sit Clericus, ad latè allegata per Bellet. disquis. Cleric. tit. de favore Cleric. can. §. 2. num. 24., & 25., dummodo, quām primum potest, consigunt suo Judici ibidem num. 26., Ricciul. dicto lib. 12. c. 12. num. 13.**
- 3. Secundò, peccarent negligentia, si delinquentem captum, non custodiant diligenter, sed vel per somnolentiam, permittant eum fugere, unde Raynald. loco supra num. 15., refert exemplum de milite, quem Princeps fecit decapitare, ex quo obdormivit, in custodia captivi, magnæ importantiæ, qui dum ducebatur ad ipsum Principem, ausfugit, tempore quo miles dormiebat, & sic negligens fuerat, in custodia captivi, ut de custode carceris, dicit Calvin. de equit. lib. x. cap. 100., & hoc onus custodiæ, Biruariis incumbit, ex contractu inito, cum Principe, vel Judice, in acceptatione officii, & ratione salarii, quod ab eo recipiuntur, & idē jussi, si non obtemperent Judici mandanti, puniendi sunt, sicuti vice versa exequentes mandata merentur, juxta D. August. relat. in c. Miles 23. q. 5., quia exercent actum virtutis, nempè Iustitiae vindicatiæ intellige si bono animo id faciant, can. officia 23. q. 5., Hyeronimus enim relatus in can. quim alios 23. q. 5. ait; Qui malos percutit in eo, quod mali, & habet vasa interfectio- nis, ut occidat pessimos Minister est domini, è contra verò delinquerent, si malo animo, ad vindictam, pro accepta iniuria privata, exequentur, quia tunc publico officio abuterentur l. finali C. de malef., & maleficis, donec captum confignerent Judici, vel Comentariensi, in quem postea onus custodiæ transfertur l. *Carceri prepositus 8. ff. de custodia reorum, ubi, quod Custos carceris, si fuit negligens in custodia, ita ut carceratus fugiat, removatur ab officio; si verò pretio corruptus, tunc quia gravius**

delinquit, officio Judicis est puniendus l. milites eod. tit., ibi exquiri oportere, utrum nimia negligentia militum, evaserit, an casu, & ibi, si per vim, aut dissidiam custodis, id evenerit, castigandum eum, & in deteriorem militiam dare; si verò fortuitò amiserit, nihil in eum statuendum: Raynald. dicto c. 4. §. 1. num. 18. 19., & num. 21. Vers. (Quero 2.)

*5. Pœna autem remotionis ab officio, non pro quacunque negligentia, venit irroganda, sed quando est magna, & quasi dolosa, ut notat gloss. in c. dictum est, in Versic. negligentiam dist. 81., ubi intelligit, cum negligentia sit crassa, & gloss. in c. ea quæ 3. de officio Archid., in Versic. *Negligentia, Raynal. supra vers. requiritur tamen, ubi in vers. (unde dixi) refert imputatam, fuisse magnam negligentiam, duobus biruariis, qui transportabant de loco ad locum, duos carceratos, & de nocte, unde opus erat adhibere plures biruarios, vel transportare, de die, quia de nocte, custodia, est subiecta majori periculo, ac propterea de nocte geminanda est custodia, ut notat Imperator Constantinus in l. 1. ibi nox geminaverit custodiæ C. de custodia reorum, ubi gloss. in Vers. Nox geminaverit, similem diligentiam notat adhibendam, in custodia ventris prægnantis, l. in §. tria lumina ff. de ventre in spicendo.**

6. Unde ista negligentia biruariorum, ut sit punibilis, debet esse culpabilis, & quidem culpa non levi, sed lata, ex adnotatis per eundem Raynald. dicto num. 21. vers., Et sic requiritur, & de consuetudine testatur, Farinac. quæst. 111. num. 405.

7. Tum quia Biruarii sunt ministri, valde Principi necessarii, unde in aliquibus saltem levibus, sunt tolerandi; tūm quia in capture, multoties, se exponunt periculo iniuriarum, verberum, vulnerum, mortis, ut experientia docet, unde non est subtiliter, nec scrupulosè, de eorum diligentia, aut negligentia investigandum.

8. Hinc est, quod Biruarii deferunt arma, non solum, ut se defendant, pro ut certo habent Jus, dum Judicis exequuntur mandata justa (ut suppono) sed etiam ut vulnerent, veletiam occident capiendum, si resistat capturæ, nec se capi permittat, immò attentent ipsos Biruarios percutere, vulnerare, occidere: tex. apertus in l. si ser- vus C.

vus C. de his quæ ad Ecclesiam configunt, Guazin. ad defensionem reorum, defens. 5. cap. 6. num. 12., Ricciul. supra lib. 12. cap. 5. nu. 9., Marcabrun. consil. 53. num. 1., & seqq., Paris de Syndicatu Vers. resistentia sub. num. 3. folio mibi 254., licet Alciat. lib. 2., Pavergon. cap. 45., Covar. lib. 2. Variarum cap. vlt. num. 14., Menoch. de recuper. remed. 8. num. 4., allegati à Barbosa in eadem l. si servus, dixerunt eam legem esse, admodum iniquam.

9. Ad quod noto, quod iniquitas consistit in eo, quod servos, & delinquentes confugientes ad Ecclesiam, privet immunitate, & permittat eos capi, quod laica Imperatori potestas, non potuit, ex defectu Jurisdictionis: idē Jo. Chriſof. relatus à Covar. dicto num. 14., memoria posterum reliquit, quod Eutropius Eunucus Consul, qui fuit in causa, consilio suo, ut Honorius, & Arachdius Imperatores, alii dicunt, Theodosius Junior, eam legem ferent, postea adversante fortuna, iram Cæsarum evitare cupiens, ad Ecclesiam confugiens, inde creptus, in vim legis, consilio suo, latæ, pænas suæ iniquitatis dedit, deinde lex, quo ad hanc partem cessavit.

10. Sed certo ea, l. si servus, etiam quo ad facultatem factam Biruariis, percutiendi capiendos, cum magno temperamento est intelligenda, ut notat Menoch. de arbitr. Judicium lib. 2. casu 587., ubi distinguit tres casus; primò, quando delinquens, qui graviter deliquit, armis, ita validè se defendit, ut nullo modo possit capi, vel satis dubia sit victoria, nisi vel vulneretur, vel occidatur, in hoc casu tex. in l. si servus, habet locum, immò extendunt D. D., etiam ad casum, quo graviter delinquens, capiendus est, & fugiat, & apprehendi nolit; tunc si Biruarii nequeant capere aliter quam vulnerando, vel occidendo, ne deficient in munere suo, possunt fugientem vulnerare, & occidere, si reus sit gravissimi delicti; Secundus casus, si Biruarii sciebant, capiendum non esse delinquentem, vel satis dubitabant, tunc non est locus, l. si servus, quæ ponit casum in servo, qui iniuste fugit a Domino; Tertius casus, quando capiendus, vel non resistit, vel de levi delicto, reus est, ita ut per Judicem, nequeat condemnari, pœna capitali, & in his duabus casibus, non licet Biruariis reum percutere, vulnerare, & minus occidere,

Marcabrun. dicto Consil. 53. num. 30. 31. Scaccia de judic. lib. 1. cap. 46. quæst. 32.

11. Si autem contingere, quod reus, à Judice damnatus ad mortem, duceretur ad supplicium, & occurerent homines armati, qui vellent vim infere, & reum eximere, tunc poterunt biruarii reum ipsum occidere, adhuc in via, ne in munere suo deficiant, ad allegata per Ricciul. dicto lib. 12. cap. xi. num. 4., quod limitat Farinac. quæst. 32. num. 50., & 52., dummodo hoc habeant in mandatis, à Judice.

12. Hinc latè examinant scribentes, allegati à Guazin. dicta defens. 5. cap. 6. num 15., & seqq., an Biruarii in hujusmodi percussionibus, vulneribus &c., teneantur servare moderamen inculpatæ tutellæ, quorum dicta ibi, vide Raynald. supra num. 33., tamen existimare non rigorosè, nec scrupulosè cogendos esse, ad servandum moderamen inculpatæ tutellæ, sed aliquatenus excusandos, ad allegata per Raynaldum supra num. 45., Farinac: consil. 2. num. 5., & seqq., & n. 18. 38., quia cum vadant ad reprehenda delicta, non præsumitur in eis, malus animus ad delinquendum ita ut si quid mali contingat, quod non ex plena consideratione, sed vel ad sui defensionem, vel ad deterendum delinquentem, videatur contigisse, & si benè considerentur, sententiae contrariantes inter se, forsam deprehendentur, in hoc coincidere; nam certò pro levi delicto, non potest existimari, permissa facultas percutiendi, neque contra resistentem, sine armis, sine fuste, adhibenda sunt arma, neque contra fugientem, si non sit bannitus capitalis, vel si Judent, non mandasset reum capi, aut vivum, aut mortuum; Ricciul. cap. 5. num. 22. 23., unde certò aliquod moderamen inculpatæ tutellæ, servandum est: Fermoia. allegat. fiscal. 54. à num. 1., & 6., & seqq.

13. Utrum, autem Biruarii negligentes, & permittentes reum fugere, puniendi sint eadem pœna, vel Criminali, vel Civili, ad quam damnandus erat reus, quem negligenter custodientes, permiserunt fugere, videndi sunt allegati per Guazin. dicta defens. 5. cap. 6. num. 23.

14. Addendum necessario reputavi, quod superdicta, de permitta percusione, aut vulneratione capiendorum, per Biruarios, non habent locum, in Biruariis Curiæ Ecclesia.